Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 719
Quelle:
Copyright:

num. Initium: *Nam cum ante hos dies pariter* &c. et finis: *ceperit retribuere mercedem. Vigilio Tapsensi* restitutam collocarunt *Mauriani* in *Append.* T. VIII. *col.* 39. inscriptam: *Liber de Unitate Trinitatis.*

XVI. *fol.* 169. Triga *Sermonum*, quorum primus, *de penitentia* incipit: *Penitentes, penitentes* &c. et est T. V. *Sermo* CCCXCIII. *col.* 1506. Secundus, qui inscribitur *de ymagine*, nihil est aliud, quam Caput XXXV. Libri *de Spiritu et Anima*, cujus initium: *Tanta dignitas humane conditionis* &c. ut habes in *Append. T. VI. col.* 49. ubi simul ex *Admonitione* praevia discis, quot Autoribus tributus fuerit olim consarcinatus ille Liber, cujus Caput modo memoratum in *Codice* non parum ab editis variat. Tertius inscriptus *de resurrectione*, et incipiens: *Resurrectio et clarificatio domini nostri ihesu christi* &c. rejectus est in *Append.* T. V. ubi *n.* CCLII. *col.* 413. comparet.

XVII. *fol.* 170. p. 2. *Incipit liber* (seu Epistola) *beati augustini ad eutropium et paulum episcopos de perfectione justitie hominis.* Ejus initium: *Caritas uestra, que in uobis tanta est* &c. et finis: *anathematizandum esse non dubito.* Habetur T. X. *col.* 167.

XVIII. *fol.* 177. *Incipit liber beati augustini de correctione* (correptione) *et gratia.* Ita: *Lectis litteris uestris ualentine* &c. Finis: *cooperit multitudinem peccatorum.* Ut T. X. *col.* 749.

XIX. *fol.* 184. p. 2. *Incipit de predestinatione diuina.* Distinguendus Liber a genuino *de Praedestinatione Sanctorum.* Praesens hic extat in *Append.* T. X. *col.* 49. inscriptus *de Praedestinatione et Gratia suspecti Autoris.* Ejus initium: *Cum sacrarum uoluminibus litterarum* &c. Finis: *contumacie uoraginem decidamus.*

XX. *fol.* 188. p. 2. *Incipit liber beati augustini de immortalitate anime.* Initium: *Si alicubi est disciplina* &c. Finis: *de quo dictum est, probatur.* Additur locus e L. I. *Retract.* c. 5. Extat T. I. *col.* 387.

XXI. *fol.* 192. Pentas *Epistolarum.* Prima *Augustini ad Macedonium: Negotiosissimum in republica virum* &c. T. II. *n.* CLIII. *col.* 524. Secunda *Macedonii ad Augustinum: Miro modo afficior* &c. T. *cit. n.* CLIV. *col.* 535. Tertia rursus *Augustini ad Macedonium: Quamvis sapientiam, quam mihi tribuis* &c. T. *cit. n.* CLV. *col* 536. Quarta *Augustini ad Largum: Accepi litteras eximietatis tue* &c. T. *cit. n.* CCIII. *col.* 764. Quinta *Alypii et Augustini ad Maximum: Cum a sancto fratre et coepiscopo* &c. T. *cit. n.* CLXX. *col.* 608. Verum haec abrumpitur in verbis: *et illi soli servies.*

XXII. *fol.* 196. *Incipit liber beati augustini ad aurelium de opere monachorum.* Initium: *Jussioni tue sancte frater aureli* &c. Additur in fine locus L. II. *Retract.* c. 21. ut T. VI. *col.* 475.

XXIII.